



VIPERAS CUM HERBIS

Venenosis, tùm animantibus vesci, & propterea pessimum esse venenum, & carnem esse alexiteriam præcæteris veneno contrariam.

CAP. VIII.

Uo cibi genere campestres Viperae utantur partim Aristoteles libro 4. de historia animalium cap. 49. Tradit enim scorpionibus campestribus vivere, ex eisq; fieri venenosiores. Pausanias ex venenosis herbis evadere maximè venenatas, ex quorundam sermone refert. Auctor ad Pisonem cap. 13. herbis & animalibus venenosis vesci, buprestidibus, pineis erucis, cantharidibus, phalangijs, atq; eis esse congrua alimenta; mure araneo, stellationibus, scarabeis, paruisq; bubonibus, salamandris, & alijs hujusmodi uti, ex dissectionibus. innotuit; eas verò diutiùs retinere in dolijs cretaceis sinè nutrimento, ut quidam solent, minus commodum est: quoniã sine cibo contabescunt ob peculiaris alimenti inopiã; quidam verò

verò